



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Theophili Raynavdi, Ex Soc. Iesv. Erotemata De
Malis Ac Bonis Libris, Deque Ivsta Avt Inivsta, eorumdem
confixione**

Raynaud, Théophile

Lvgdvni, 1653

Consensvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11141

CAROLVS SANGRIVS SOCIETATIS IESV
Vicarius Generalis.

CUm librum P. Theophili Raynaudi Societatis nostræ *de malis ac bonis libris, deque iusta aut iniusta eorumdem confixione*, tres eiusdem Societatis Theologi, quibus id commisit recognouerint, & in lucem edi posse probauerint, facultatem concedimus vt Typis mandetur, si iis ad quos pertinet ita videbitur. Romæ, 20. Septembr. 1645.

CAROLVS SANGRIVS.

A P P R O B A T I O.

NOs infrà scripti factæ facultatis Theologiæ in alma Vniuersitate Parisiensi Doctores fidem facimus omnibus ad quos spectare potest, perlegisse & accuratè examinasse librum, cui titulus est, *R. P. Theophili Raynaudi ex Societ. Iesu, Erotemata de bonis ac malis libris, deque iusta & iniusta eorumdem confixione*, in quo nihil reperimus vel puritati fidei orthodoxæ, vel bonis moribus contrarium, quin potius & prælo & luce eo digniorem iudicauimus, quo author magni nominis, & experientiæ, in eo pro viribus retundere suscipit illud vitium, quod hac tempestate meritò nuncupari potest malleus non modò Ecclesiæ, sed & vniuersæ terræ. Datum Lugduni 18. Ianuarij 1653.

FR. M. MICARD, Minor.

F. STEPHANVS MOLIN, Carmelita, Exprovincialis.

Libenter per nos licet, vt prodeat in publicum opus, cui imminet titulus *R. P. Theophili Raynaudi ex Societ. Iesu, Erotemata de bonis ac malis libris, deque iusta & iniusta eorumdem confixione*, inscriptum isti quippè & aliis eiusdem ingenij fortibus Authoris nomen satis magna approbatio est. Lugduni 25. Ianuarij 1653.

DEVILLE Prouic. Generalis.

P E R M I S S I O.

Librum cui titulus est, *R. P. Theophili Raynaudi Erotemata de malis ac bonis libris*, à Ioanne Antonio Huguetan & Marco Antonio Rauaud typis mandari, ego Regis Procurator non impedio, ac ne quis citra eis potestatem factam denuo recudat intercedo. Datum Lugduni 25. Ianuarij 1653.

VIDA VD.

C O N S E N S V S.

Viso Procuratoris Regij permisso vt dictus liber à dictis bibliopolis excudatur permitto. Lugduni 27. Ianuar. 1653.

S E V E.